



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 3. De peccato luxuriæ,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

Quamvis autem magna difficultas sit; An mortaliter peccant coniuges qui morose delectantur in copula cogitata tanquam praesenti, dum absentia alocutis, vel tempus non patitur eam exerceri (de quare in vtramque partem Sanchez lib.9. De matrimonio, disput. 44. q.uest. i. authores refert magno numero) negantem tamen ut bona ratione fultam, tenere possimus sicut tenimus in memorata regula sexta. Neque enim grauior est culpa in coniugibus de copula conjugali cogitare ob delectationem carnalem, quam copulam ipsam actum exercere ob eandem delectationem solam. Itud autem non est peccatum plus quam veniale, quia non habet de se aliam perueritatem, quam finis indebet: nempe quod profine actus, statuatur id, quod tantum est illi accessorum. Quo argumento probari pariter potest, quod multis pro se citatis asserit de Salas in seq. sccl. 25. nimur asperetus, amplexus, oscula, & colloquia a coniugibus inter se usurpat ad captandam voluptatem venereum absque animo perueniendi ad copulam, non esse peccata mortalia; nisi interuenient notabili periculo pollutionis aut consensu in eam, quo casu culpa efficit mortalis ex circumstantia mortali: vptore repugnante fini matrimonij, qui est liberorum fusceptionis ad conseruationem generis humani. Etenim quia pollutionis voluptas ingens est: & incommode vacat ea aliquatenus concepi, negligetur a plerisque conjugatis carnalis copula, praeferunt ab his qui liberos nutritur aut collocare non sine molestia magnis posunt. Porro nequaquam videtur negandum, quia peccatum sit mortale nondum coniunctos matrimonio delectationem venereum captare cogitatione copule quam habutri sunt tempore matrimonij. Tum quia eiusmodi cogitatio non habet rationem praembulii ad celebrationem matrimonij, cum intus latens & occulta, ad fouendum mutuum ac reciprocum amorem non sit accommodata. Tum etiam quia licet illa sit de re licita futura: nihilominus tamen actus appetitus sensitiui ex eadem confusgens, est commotio praeuersa ordinata ad habendam de praesenti copulam (*cuius illa est quedam inchoatio*) quam habere non licet nisi matrimonio constante. Ob quam etiam rationem peccatum est mortale in viduis si admittant delectationem venereum ortam ex cogitatione copule habita tempore matrimonij. Quae doctrina est Nauarri in Enchirid. cap.16. num. 9. & 10. camque recentiores sequuntur quos Sanchez refert in citata dilup. 47. num. 4&7. Beneque in sequen. 8. monet pro solutione argumentorum contrarium: licitam quidem esse complacentiam voluntatis de talibus actibus licitis, quod ij vel habendi sint, vel habiti sint suo tempore: illicitem effe tamen eiusdem voluntatis consensus in delectationem sensitiuam: quae contingens cum praesenti commotione carnali, non ordinatur ad futuram aut prateritam copulam licitam: sed ad praesentem illicitem: ut pote quam matrimonium praesens non cohonestat.

lo affectu ad opus; omnia sunt virtus speciei, cum sint eiusdem malitia; ut pote oppositæ vni tantum virtuti casitatis, ac eodem modo: nimis per turpitudinem veneream in qua absolute versantur: secus quam solum suorum peccatis operum venereorū: que casitati ita opponuntur, ut vel in oppositione modus sit diuersus; vt patet in fornicatione, & in peccatis contra naturam, *nempe molitio, Solomia, & bestialitate;* vel adhuc alteri virtuti opponantur, ut raptus adhuc opponitur iustitia pietatis paternæ; adulterium, iustitia fideiconigialis; incestus, iustitia pietatis debitæ sanguine iunctis, & sacrilegium, religioni. Sicut igitur simplex complacientia venereorum non extenditur ad vsum venerei operis, ex quo in peccatis casitatis contrariis oritur aggrauatio mutans speciem, ita neque ad illam extenditur eiusmodi aggrauatio, prout illustratur exemplis.

Nam quia in simplici complacentia de raptu, solummodo notatur talis malitia contra castitatem, qualis est fornac-
tio; non item malitia contra iustitiam (*sicut notatur in ipso raptu*) quia per complacentiam eiusmodi, proximus in nullo laeditur; ut nec per simplicem complacentiam de furto, qua-
non extenditur ad rei aliena usurparionem per quam pec-
catur contra iustitiam. Similiter simplex complacentia de ac-
tu carnali cum coniugata, est quidem contra castitatem, eadem ratione qua fornicatio; sed non est de se contra iusti-
tiam: quia cum ad laesorem proximi non extendatur, iusti-
tia non censetur iustitia ad illius moderationem. Pari quo-
que ratione simplex complacentia de actu carnali cum ha-
bente castitatis votum, tantum est contra castitatem: non
artem contra religionem, nisi usurpetur in religionis op-
probrium: non enim per eam, sicut per opus, committitur
irreuerentia contra cultum Deo debitum: sed tantum
turpitudine contra castitatem: sicut nec per simplicem com-
placentiam de trucidatione Clerici peccatur per irreuer-
tentiam contra cultum Deo debitum, sed solum per proximi
odium.

Aduerte vero obiter cum qui habet castitatis votum ab-solutum, si complacat sibi in delectatione venerea, etiam sine affectu ad opus venerum peccare non tantum peccato fornicatio[n]is, leu contra castitatem, sed etiam peccato sacrilegij & contra religionem. Ratio est, quia votum castitatis absolute emissum, comprehendit non solum opus externū; sed etiam delectationem omnem contra castitatem: cum de hac emissum sit absolute & sine restrictione.

C A P V T I I I.

De peccato luxuriae.

S V M M A R I V M.

- 15 Luxuria dicitur *tum generaliter*, *tum propriè*; *hoc*, *posteriorē*—
remodo peccatum est genere suo mortale.

16 Quod luxuria peccatum sit capitale, & qua ratione ex ea oriantur peccata quædam interna, filia ipsius dicta.

17 Quaratione quadam externa.

18 Septem luxurie species, quæ peccata sunt suo genere mortalia,
de quibus scienda est specialiter confessio.

19 Quid sit forniciatio, & quod sit peccatum suo genere mortale.

20 Duo casus in quibus actus fornicationis excusat̄ur à mortali.

21 De concubinatu tanquam continuata fornicatione, quod
sit grave peccatum, & graue puniatur in veroque
foro.

22 Quid stuprum superaddat fornicationi, per quod constitui: ut
distincta species luxurie.

23 Obligari, quam stuprum habet coniunctam.

24 Quid sit adulterii, quidve malitia superaddat fornicationi.

25 Quomodo confessarius debet se gerere, quando proles suscep-
ta est ex adulterio.

26 Quid sit incestus, & quam malitiam superaddat fornicatio-
ne, exprimendam in confessione, tanquam circumstan-
tiam mortaliter aggrauan em.

27 Einsdem gravitate si varietas, & quando in confessione sit ex-
primenda.

28 Quid raptus fornicationi superaddat.

- 29 Corallaria de eadem re.
 30 Raptum genere suo peccatum esse mortale: ad quod confirmandum referuntur penes, quibus is à iure puniatur: præfertim novo Concilij Trident.
 31 Quomodo sint eadem penes accipiente.
 32 Quid sit sacrilegium prout luxuriose species: & quot modis contingat.
 33 De sacrilegio quod committitur vsu actus luxuriosi in loco sacro.
 34 Quando committatur à coniugib[us] illic vtentibus coniugali copula.
 35 Quatenus committatur per actum luxuriosum occultum, aut cum est sine carnis copula, aut de fidei illius habende in loco sacro.
 36 Que in hac re comprehendantur nomine loci sacri.
 37 Quodnam dicatur peccatum contra naturam, & vnde su mantur varie species illius.
 38 Quando peruersi modi in copula coniugali sit tantum peccatum veniale: & quando etiam mortale.
 39 Definitio molitiae: cum annotatione de distillatione, qua ei affinis est.
 40 Quod molitiae sit peccatum mortale: sit etiam procuratio dicti distillationi.
 41 Modi varijs quibus contingere potest carnalis pollutio.
 42 Obligatio sub mortali remouendi causam future pollutio[n]is, cefas ob necessitatem agendi ad notabilem communitatem consequendum, aut notabilem iocommodum vitandum.
 43 Difficultas an eadem aliquando cefas, si absit agendi necessitas.
 44 De malitia pollutionis in sua causa præiuse quidem, non tam intenta.
 45 De peccato quod committitur dando occasionem distillationi, aut commotioni spirituum generationi deferuentium.
 46 Quid ad Sodomiam proprie dictam requiratur, & de generaliter dicta.
 47 Illius grauitas & pena.
 48 De bestialitate.

VXV RIA generaliter significat omnem excessum non solum in re venera; sed etiam in vestitu, epulis, & similibus deliciis. Specialiter vero significat solum excessum in re venera: sicutque in presentiarum accipitur, & est peccatum suo generis mortale, iuxta illud, quod ad Gal. 5. cap. ea ponitur inter opera carnis, que qui agunt, regnum Dei non consequentur. Quod & ratio docet: qui est peruersus excessus in re graui, nempe in generatione humana, ordinata ad conservationem humani generis; & ideo maxime necessaria ad communem bonum, si iuxta normam recte rationis visurperetur. Quandoquidem ex D. August. in lib. De bono coniugali, cap. 16. quod est cibus ad salutem hominis, hoc est concubitus ad salutem generis.

Est etiam peccatum capitale ex D. Gregorio lib. 31. Moral. cap. 31. quoniam ex ea tanquam ex fonte, ob vehementiam delectationis venera; multa alia (qua ideo vocantur filia luxurie) oriuntur: præfertim autem ista: cæcitas mentis, præcipitatio, inconsideratio, inconstans, amor sui, odium Dei, affectus præsentis sæculi, & horror futuri. Id quod declaratur haec ratione, quam D. Thom. habet, 2. 2. quæst. 153. art. 5. Cum in intellectu sint quatuor operationes in ordine ad spirituale bonum: prima, simplex consideratio, per quam homo id ipsum bonum comprehendere dicitur: secunda, bona consultatio: de mediis ad idem exequendum: tertia, iudicium de mediis illis qua occurserunt: quarta, imperium, quo ratio operam dat, ut que iudicata fuerint oportuna, mandentur executioni: luxuria prout reddit mentem ineptam ad considerationem rerum spiritualium, parit cæcitatem mentis; prout vero ad consultandum de recte viuendi mediis, præcipitationem: prout autem ad recte iudicandum de mediis ad æternam salutem conducentibus, inconsiderationem: prout denum reddit debilem ad exequendum bona proposita, inconstans.

Præterea cum in ordine ad bonum ipsum spirituale, due in voluntate operationes sint: nempe intentio finis, & electio

mediorum: luxuria quoad intentionem, sic eandem voluntatem trahit ad voluptates veneras, vt omnes cogitationes & curas referant ad eas consequendas; vnde sequitur vt se in illis adeo amet, vt oderit Deum qui illas tanta severitate prohibet, indeque generat tum amorem sui, tum odium Dei. Quoad electionem vero, luxuria voluntatem sic peruerit oble & tamen voluntatum corporearum; vt qui inherenter in illis, velint in hac vita perpetuo manere: quod est generare in eis amorem huius sæculi: nolint autem mortem, per quam se priuandos voluntatibus norunt, & exponentes grauius pœnæ subeundis pro illico viu earum: & ita parit horrem faturi sæculi. Ex quibus sat is intelligi potest sollicitudo de eterna sua salute, curandum est peculiari studio, vt animam à luxurie foribus purgatam habeat, ab eaque iuxta Ecclesiasticum cap. 21. tanquam à facie colubri fugiat.

Porro ad propositas, vt vocant, luxurie filias, quæ interne sunt, & malitia mortalis (tanquam impedimenta grauiæ æternæ salutis consequenda) D. Thom. in cit. art. 5. ad 5. addit quatuor externas. Prima est, turpiloquium, quod contingit homini luxuriosi ex abundantia turpitudinis, quia cor habet plenum, iuxta illud Matth. 12. Ex abundantia cordis os loquitur. Secunda est, scurrilitas, posita in verbis & factis parum honestis risum mouentibus: quæ nascitur ex eodem fonte cum præcedente. Tertia est, ferro ludicus comparatus ad iocos, quibus libidinosi impensius delectantur: eaque ex causa ex variis libris colligunt turpes, & ludicas narrationes, quas in promptu habeant dum versantur ab aliis. Quarta est, stultiloquium: mens enim cœca libidine effutta multa fulta, seu aliena à ratione. Hæ autem infectæ malitia luxurie, à qua manant tanquam à fonte, iudicari debent peccata mortalia. Sequitur, vt de ciuidem luxurie speciebus dicamus.

De speciebus luxurie.

S E C T I O N I .

Species luxurie septem numerantur, forniciatio, adulterium, incestus, stuprum, raptus, sacrilegium, & peccatum contranaturam quarum mentio habetur, 36. quæst. 1. cap. Lex illa 2. eaque peccata esse generis suo mortali (quod iudicatum in Clem. final. De hæreticis, glossa ibid. notat, ad verbum Non est) ex eo sufficienter probatur quod forniciatio quæ peccatum est minus ceteris, numeretur à D. Paulo inter ea, quæ à regno Dei excludunt: cum in priori ad Corinth. cap. 6. ait: Nolite errare, neque fornicari, neq; idolis seruientes, neque adulteri, neque molles regnum Dei possidebunt. Et ad Galat. 5. Manifesta sunt opera carnis quæ sunt: fornicatio, immundicia, &c. quæ prædicato vobis sicut prædicti, quoniam qui talia agunt regnum Dei non possidebunt, & ad Eph. cap. 5. Hoc autem fitote intelligentes, quod omnis fornicator aut immundus, &c. non habet hereditatem in regno Christi & Dei. De qua re pluribus differere non est necessarium ad nostrum institutum. Legat qui vollet Gregorium à Valent. 2. 2. disput. nona, quæst. 3. puncto 3. aut Leonard. Lessium De iust. & iur. lib. 4. cap. 3. dub. 7.

Intelligitur autem ex his: illud quod moneri solet, faciendo esse breuiter Pœnitentiam interrogacionem circa præcepta de quibus agimus: non obstat quia oportet distincte cognosciri circumstantias, quæ in hoc peccati genere variant species: nempe si solitus cum soluta rem habuerit: vnde constituitur fornicatio: si vir cum virgine, vnde stuprum si adhibita violentia, vnde raptus: si cum cœsanguinea aut affine intra quartum gradum, vnde incestus: si cum persona per votum castitatis deuota Deo, vnde sacrilegium: si cum nuptia alteri, vnde adulterium: si cum masculo, vnde nefandum Sodomia scelus: si se poluit, vnde molitiae: si denique cum bestia, vnde bestialitas. De quibus si statuendum est, vt fornicatio iudicetur peccatum minus graue ceteris, & adulterium ea grauius: & adhuc grauius stuprum, cui addit grauitatem raptus: & stuprum in grauitate incestus sequatur. Sacrilegium autem cæteras luxurie species agrauet; & grauissima sint peccata contra naturam, inter quæ infimum grauitatis locum tenet molitiae, medium Sodoma, & supremum bestialitas.

De for-

De fornicatione simplici.

S E C T I O N I I .

IAM vero ut de singulis aliqua dicamus quantum requiriatur ad nostrum institutum: cum fornicatio simplex definiatur concubitus soluti cum soluta; nomine soluti intelligitur vir qui nec coniux est, nec consorts criminis, consanguineus, vel affinis, nec votum habet casitatis. Nomine soluta vero intelligitur scemina similiter se habens, quæ iam amiserit virginitatem. Peccatum est autem mortale ex antedictis, à quo neminem ordinari et ignorari excusat potest. Prohibetur enim præcepto naturali quod ab uteribus ratione nullo modo, *ad longum saltem tempus*, potest ignorari: cum ipso naturali ingenij lumine constet fornicationem esse contra finem propter quem Deus humanum concubitum concepit. Pater enim, quod talis non solum sit sufficiatio liberorum: sed etiam eorum sustentatio, & educatio: quæ nequit fieri nisi illi habeant certum ac determinatum patrem, prout evenit in coniugio, non item in fornicatione.

Duo vero easius dantur in quibus locum habet excusatio à tali peccato. Prior est, quando deficit vsus rationis, vt in amentibus & ebrios, qui rationis compotes non sunt: nisi tales periculum præviderint, & neglexerint cauere sibi ab eo, quando potuerint. In quo casu censendi sunt, *tanquam periculum amantes*, periisse in illo. Posterior est, cum interuenit vis, quia quis ad concubitum cogitur: nam si in talem actum non consentiat voluntate, licet delectat, onus carnis sentiat, excusat à peccato saltem mortali, quod requirit plenum consensum voluntatis: cum quo consensu fornicari, nullo mortis metu licet: ne si quidem mille mortes effemperenda.

Sulet vero ad istud peccatum referri concubinatus soluti cum soluta: quia si non est aliud, quam fornicatio posita in consuetudine, seu ita continuata vt quodammodo sit cohabitatio talis, qualis cernitur in coniugio. De eo autem illud occurrit mox etiam, graue peccatum esse, & periculum periculum: quia homo in eo non solum peccat: sed etiam manet in statu peccati, & continuo proposito peccandi. Quo sit ut concubinarij, nec possint, nec debeat ante absolvi sacramentaliter, quam concubinas eicerint, cum proposito ad illas non redendi amplius. Neque excipiendi sunt constituti in articulo mortis, nisi forte mors instet ac tempus desit: quo casu, neccesitas facit, vt sufficiat propositum firmum de cetero virandi tale flagitium. Quod si occurrit concubinarius non habens domi concubinam, experientia aliqua de continentia ipsius sumenda est ante absolutionem: praesertim quando frequenter propositi se feruntur ab illa, nec seruauit; nisi tam aperta præberet signa doloris, & firmi propoliti emendationis: vt nihil appareret cur absoluto differri deberet: quod satis rarum est in talibus personis.

De concubinarij Concil. Trid. f. 24. cap. 8. de reform. matrimonij decreuit, vt ab Ordinariis ter admoneantur: idem etiam de concubinis, atque si illi non pareant admonitioni, excommunicentur: sique censuris negligitis in concubinatu perseverent per annum, secura castigentur. Haero si post triannum illam admonitionem non resipuerint, grauerit pro modo culpa puniantur & cinciantur ex pago, vel ciuitate, vel etiam ex tota diœcesi.

De stupro.

S E C T I O N I I I .

STUPRUM non accipitur hic generaliter pro concubitu legibus vetito: sed particulariter pro virginis scemina defloratione, seu propeccato luxuri quo virgo scemina defloratur. Quandoquidem peccatum grauius est simplici fornicatione: quia & totam illius malitiam habet, ex eo quod exercitat extra coniugium, & vltius aliquam, ob additam signaculi virginis fractionem: quæ ab eiusmodi turpitudine reuocare debet et habitare ratione detimenti magni, quod ea adserit, cum virginis ipsi, quam reddit minus idoneam ad ienundum coniugium: tum parentibus sub quorum cura, & custodia de se et virginitas illius, dicens Sapiente Ecclesiastici 7. Filii tibi sunt, serua corpus illarum.

Valerg Par. IIII. Tom. 2.

An autem ea aggrauatio fiat mutando specimen ita vt debet aperi in confessione dubitatio est, de qua in utramque plures authores citat. Ioan. de Salas ad 1.2. tom. 2. tr. 3. disp. 6. num. 59. Affirmans autem sequenda est in praxi tanquam omnino tutæ.

Adaerte vero ex Calet. 2.2. q. 154. art. 6. in response ad 2. dubium: & Naur. in Enchir. cap. 16. num. 3. non viri, ut potest carentis memorato signaculo, sed scemina virginitatem esse illam ex eius violatione (*tanquam circumst. in le nimurum specialiter obstantis expletione libidinis*) stuprum habet suam peculare deformitatem: neque ad illius rationem propriam, ex eodem Caletano, sufficere, vt per qualemcumq; obliccensem violetur virginitatis virtus, sed require etractionem claustri virginalis, quæ fit per deflorationem scemina virginis.

Habet vero peccatum hoc coniunctam obligationem ad restitutionem: 1. quando quis ad copulam vi cogit virginem aut precibus importunis: 2. quando falsis perflutionibus, & promissionibus eam decipit: 3. quando se illam dueturum in uxorem promittit, sive cum iuramento; sive absque eo; si interius non intendat eam ducere. Tenetur enim in talibus casibus eam ducere, aut damnum illarum alteri resarcire: nimurum dotando, vel ad arbitrium boni viri redendo aliud, quo sufficienter compenset: quando ducere non potest: sive quia ipsi est disparis conditionis sive quia illa recusat ei nubere; sive quia parentes violunt ut ei nubat; sive quia sequetur ex matrimonio graue scandalum. De qua re ante plenus cum de restitutione libro decimo à num. 326.

Quando autem virgo nec decepta, nec coacta est sed sponte consensit, non est obligatio ad restitutionem ex iustitia: sed solum ex charitate, præcipue si potens est qui stuprum intulit, & scemina pauper, timetur; periculum perditionis eius. Quanquam in foro externo stuprator tanquam obligatus ex iustitia, non nunquam compellitur ducere aut datur eam quæ sibi sponte consensit: quia in illo foro presumitur decepta esse, etiam si forte consenserit. Quia presumptio non habet locum in foro externo, in quo proinde stuprator non compellitur ad restitutionem; quasi iniuriam intulerit: cum iuxta regulam iuris, scienti & conscienti non fiat iniuria: unde intelligitur quod latius tractat Thomas Sanchez in lib. 7. de matrimonio disp. 14. Vbi nulla vis infertur virgini non esse necessario exprimandam conditionem virginitatis; quia tunc per eam, stuprum non addit fornicationi malitiam notabilem. De qua re videri potest etiam Leon. Lessius de iust. & iure, lib. 2. cap. 10. dub. 1. Porro intelligenda sunt iam dicta, non modo de virgine quæ talis era reuera, sed etiam de ea quæ publice virgo habebatur, etiam si non esset. Nam ratio dicit at tali quoq; pro fama publice amissa, ad arbitrium boni viri & cuiuslibet reddendum esse ex iustitia, in casu in quo vere virginis restitutio facenda esset.

De adulterio.

S E C T I O N I V .

ADULTERIUM est illicitus concubitus conjugatus cum soluta, aut soluti cum coniugata, aut denique conjugati cum coniugata. Supra fornicationem autem aggrauatur mortaliiter, & in distincta specie constituitur per speciale deformitatem quam ex eo accipit, quod per ipsum violetur coniugij fides sanctitatis, specialiter repugnans illius expletioni libidinis. Quando igitur haec effrata fuerit, vt tanto obstaculo non reprimitur, speciale prauitatem in confessione declarandam contrahit, non tantum quando uterque criminosus fuerit conjugatus: sed etiam cum alter tantum. Et si enim is qui solutus est, nihil agat contra coniugalem fidem a se datam, cum talem nulli dederit: cooperatur tamen alteri in violanda fide quam is dedit coniugi, ideoque reus est eiusdem crimini, & obnoxius restitutioñi dannorum tale crimen consequentia. Atamen in hoc est differentia: quod crimen istius posterioris modi, sufficienter declaretur dicendo absolute commissi adulterium: non item crimen prioris modi: quia duplice continet iniuriam mortiferam (si quidem eo violantur duorum matrimoniorum iura, duoq; coniuges damno afficiuntur) non exprimitur sufficienter nisi explicetur circumstantia, ratione cuius iniuria duplicatur.

Ceterum quomodo in hac re Confessarius se gerere debet, quando ex adulterio proles suscepit fuerit, difficultatem habet que tractata quidem est ex professo in lib. 10. c. 19. quæst. tercia: consultum est tamen, que Confessarium in promptu habere necessitas cogit in te non insueta, paucis perstringere.

Primum est adulteram, que cum prole illegitima habet legitimam, si bona propria habeat de quibus possit libertate disponere, debere proli legitimæ refarcire damnum quod patietur ex eo quod in diuisione hereditatis, illegitima proles sit habenda prolegimia.

Secundum est, adulteram cum nequit prædictam restituitionem facere, debere aliquid quanto legitimis filii reuelare illegitimum: aliquando vero non debere. Non enim debet quando sibi, vel illegitima proli ex revelatione immitteret vita periculum, aut infamia publica: nisi forte tam magnum bonum publicum ex reuelatione prouenturum esset; ut vita ac fama propria exponi deberet periculo: prout contingere potest cum spuriis in regnum vel alium principatum successurus esset. Nec etiam debet adultera reuelare adulterium, quando probabiliter putat se ea reuelatione nihil profuturam apud illos quibus fuerit. Debet autem reuelare, quando nec vita nec fama periculum ipsi imminet, speratus se profuturam reuelando: siue quia creditur ipsi: siue quia sufficientia habet argumenta seu indicia quibus possit illegitima prolem ostendere.

Tertium est, adulterum eadem ratione qua adulteram teneri vel non teneri ad restituitionem, aut si manifestationem.

Quartum est, prolem illegitimam non teneri credere matri manifestanti adulterium nisi probationem adferat indicia sufficientia ad fidem faciendam. Quaque tam interdum iudicandum est rationabile esse, ut ipsum reuelationi credatur sine vila probatione; ut cum satis pater, quod bona fide dicat omnia: velut cum dicit post susceptionem sacramentorum Pœnitentia & Eucharistie: præsentim cum probabile est quod reuelet ob religionem ei iniecam à Confessario.

Quintum est, illegitimam prolem credentem matri manifestanti adulterium suum, teneri in conscientia hereditatem relinquere: non autem illa restituere que consumpsit bona fide.

Sextum est, Que de prole illegitima, deque adultera vel adultero dicta sunt: similiter de prole supposititia, & eam supponentibus dicenda esse: siue quoad restituitionem, siue quoad manifestationem.

Septimum est, licitum esse ad vitandam infamiam aut periculum vita inimicis, ex adulterio suscepitos filios spurious in hospitali domo exponere: cum obligatione tamen eidem reddendi que sunt ad sumptum necessaria: nisi quod pauperes excusentur, quoniam instituta sunt hospitalia pro pauperibus. Tam iij nihilominus, quam diuites debent a se expositorum curam diligenter habere: vescendo, vel sustinendo prout potuerit occulere: nunquam autem licet, ne quidem ad mortem siue propriam siue alienam vitandam, occidere prolem vel aborsum procurare.

Octauum est, inter alias adulterii poenas (de quibus Syl. in verbo Adulterium, num. 8. & latissime Ludovicus M. linea de iustitia & iure, tom. 3. tr. 3. disp. 89. & alijs sequentibus) hanc ponit, ut adulteri perdat ius petendi debitum coniugale, ita ut alter possit illud petenti negare absque peccato: nisi ipse quoque similiter peccauerit: quia tunc esset pro virtusque ius, prout habet Natura, in Enchir. cap. 22. num. 23. aut nisi crimen ipsius non esset notum sufficienter, iuxta doctrinam eam quam tradit Thomas Sanchez lib. 1. de matrimonio, disp. 68. quæst. 1. & lib. 10. disp. 12. num. 8. ad sequentem librum 31. pertinentem.

De incestu.

SECTIO V.

Incestus est concubitus cum consanguinea, aut affine intra gradus prohibitos, quales sunt omnes gradus consanguinitatis usque ad 4. inclusive, & consanguinitatis usque ad eundem parentis gradum, si ea contra facta sit ex matrimonio: si ex fornicatione usque ad 2. gradum iuxta Concil. Trident. sess. 24.

De reformatione matrimonij. Fornicationi autem superadit speciale malitiam: quia propinquitas consanguinitatis vel affinitatis, peculiari nomine debet detergere à turpitudine actus venientia ob reuerentiam debitam personæ propinquæ, prout D. Thomas docet 2. 2. quæst. 154. art. 9. Eam vero esse moralē malitiam patet ex eo, quod sit transgressio præcepti Ecclesiastici in re graui. Per quod præceptum annullatur quoque matrimonij contractus intra tales gradus: tam etiam ex eo, quod in priori ad Corinth. cap. 5. Apostolus tantopere exaggeret & excretetur eiusmodi turpitudinem cum persona tanum: ummodo affine. Omnino, inquit, audire inter vos fornicatio, quales nec inter gentes, ita ut vxorem patris habeat aliquis. Et vos inflati estis, & non magis lumen habuistis.

Porro in his, quanto maior est inter personas incestuosas coniunctio, tanto grauius peccatum est incestus: ut commissus cum consanguinea, minus peccatum est quam commissus cum affine; & inter consanguineos commissus, eo grauius peccatum est, quo gradus propinquior fuerit: ut per turpiss. & magis repugnans rectationi. An autem per tales excessus, diuerxæ constituantur species incestus, relinquimus Theologis scholasticis disputandum. Qui voleat potest id sufficienter tractatum videre apud Leonardum Lefsum de iust. & iure lib. 4. cap. 2. dubit. 12. Ad nostrum enim institutum suffici notare, quidquid in speculatione videatur rem esse talem, qua ad intelligendum à Confessario plene statum penitentis, debeat exprimi in confessione saltem quoad diversitates, ex quibus cognoscendum est, num incestus commissus fuerit cum consanguinea, an cum affine; idque an supra primum gradum, seu cum affine patre vel matre, sacerdoti vel sacerdoti. Itemque, an in 1. gradu, seu an cum fratre siue proprio, siue vxoris; aut cum sorore similierte siue proprio siue uxoris. In quibus abhorrendus à natura varius turpitudinis excessus exigit ipsum varietate detegi ad informationem plenam Confess. r. j. Diuerxates vero quoad reliquos gradus detegi, ideo videri potest non necessarium, quod respectu illorum incestus non habeat varietatem turpitudinis, ex qua iudicium Confessarij de penitente notabiliter variari debeat, cum illamet turpitudiota pendat ex Ecclesiæ prohibitione: quæ in omnibus gradibus est simili, licet ratio paterna reuerentia quæ nititur, minus habeat pondus in superioribus quam in inferioribus gradibus.

Aduerte autem preceptor diuina carnalem affinitatem, datum legalem, que nascitur ex adoptione alicuius in filium: eo quod adoptanti reuerentia paterna debeatur; cum spirituali que nascitur ex baptismo & confirmatione inter suscipientem & suscepit: & illam, ac huius parentes, que affinitates prout Ecclesiæ statuto impedimenta matrimonij constiuntur (ob paternam scilicet reuerentiam quam exigunt) copulae carnali addunt turpitudinis augmentum notabile, adeoque exprimendum in confessione, prout alius citatus notat Thomas Sanchez in lib. 7. de matrimonio disp. 5. num. 2. & 10.

Aduerte etiam ex cap. Transmissa, De eo qui cognovit consanguineam uxoris: per fornicationem commissam cum consanguineam uxoris, impediri in fornicatione petitionem debet contingal, etiam quando eadem uxore mortua, duxerit aliam. Id quod tamen intelligendum est cum restrictione ad 1. & 2. gradum, iuxta Concil. Trident. sess. 24. cap. 4. de reformat. matrimonij.

De raptu.

SECTIO VI.

Raptus ad malitiam fornicationis super addit rapinam, per quam reuerentia libidini causa abducitur per vim in iustam personam, siue masculum siue fœminam & hec siue nupta, siue innupta: haecque rufus, siue virgo siue corrupta, & haec demum, siue vidua honesta, siue meretrice. Atque ea in re ex Gratiano in cap. Deraptoibus, 36. q. 1. (quod & expedit D. Thom. 2. 2. quæst. 154. art. 7.) nihil refert siue vis inferatur personæ abductæ, siue iis sub quorum est cura, & potestate, siue vtrisque.

Vnde intelligitur primo, ad eam differentiam quæ raptus constituit luxuria species diuersa à fornicatione sufficeret.

sufficere ut vis quomodo cumque inferatur feminam ad extorquendam ab ea carnalem copulam: cum sic ad malitiam fornicationis, calitatem contrariam, addatur malitia alterius speciei: puta violentia illa et contra iustitiam.

Intelligitur 2. raptum contingere, si feminam ad consensendum in carnalem copulam adducatur talibus precibus importuni, quæ violentia æquivalent (quales dari posse patet ex illis quibus Dalila cogit Sampsonem detegere in quo conficeret fortitudinem Iudicium 16. num. 16.) Non item si preces importuna sint tantum simplices, quæ non magis vim adferant quam pretium oblatum.

Intelligitur 3. non est proprium raptum, quando facta pollicitatione matrimonij, aut alia fraude, copula extorquetur à feminam, aut ipsa cognoscitur ignorans flagitium, quia dormit, aut bona fide patet virum suum esse ad eam accedit. Ratio est, quia quantumvis frus, & ignorantia auferunt voluntarium, non inferunt tamen violentiam quæ necessaria est ad raptum verum, propriez; dictum.

Intelligitur 4. raptum verum contingere, non modo cum feminam domo abducitur inuita, & carnaliter cognoscitur inuita; sed etiam cum volens quidem abducitur, sed postea cognoscitur inuita; aut contra, cum abducitur quidem inuita sed postea volens cognoscitur. Ratio est, quia in his etiam casibus inuenitur violentia superaddita fornicationi. Et verum est, quantumcumque feminam sit meretrix, quoniam is status non obflat quin violentia sit iniusta.

Intelligitur 5. speciem raptus constitutam sufficienter, vt debeat in confessione explicari, si feminam constituta sub parentum aut tutorum potestate abducatur, illa quidem volente; sed his iniustis. Ratio est, quia ipsis sit manifesta iniuria, dum constituta sub ipsis custodia, extrahatur ipsis rationabiliter iniusta.

Intelligitur 6. ad constituendam speciem raptus nihil referre, sive vir feminam, sive feminam virum rapiat. Nam vtroque datur iniuria iniuste illata, per quam in actu libidinofus, malitia fornicationis additur diuersæ speciei malitia. Quæ maior ramen est, quando vir feminam rapi; solaque facit obnoxium penitus raptorum, de quibus paulo post dicetur.

Intelligitur postremo raptum, de quo tanquam de particulari specie luxuriaz agimus, non contingere quando fo- mina raptur ex alia causa quam venereæ libidinis: nam ad rationem luxurie requiritur affectus libidinofus. De quo aduertere quando adeit, etiamsi coitus non sequatur, raptu posse adesse. Cum ad eum constitendum sufficiat; inferri vim animo libidinis explenda.

Iam quod raptus sit genere suo peccatum mortale: ex eo patet, quod per violentiam iniustum, quam cum turpitudine actus luxurios, malitia ipsius includit, notabiliter augeatur contra iustitiam. Pater etiam ex graibus poenis quibus tale flagitium punitur vtroque iure. Nam ciuii Cod. de raptu virginum, legi vñica, pro raptu pueræ vel mulieris honestæ, sive nuptiæ, sive innuptiæ, supplicium capitis statuitur: tum raptori, tum iis qui fuerint ei auxilio; & ipsius raptoris bona per iudicem addicenda sunt mulieri raptæ, si sit ingenua. In re Canonico vero antiquo inter cetera statuitur, vt raptores puellarum sive mulierum, & cooperatores ipsorum, si Clerici sint, decendant a proprio gradu, id est, deponantur; si laici, anathematizentur, 36. q. 2. cap. 1. Iure autem novo, Concil. Trid. sess. 24. cap. 6. De reform. matrim. inter raptorem & raptum non potest esse matrimonium, nisi in liberulo loco posita, libere consentiantur. Raptor vero ipse & omnes ei consilium, auxilium, & fauoré præbentes, sunt ipso iure excommunicati, & perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces, sive sint Clerici, deiiciendi sunt de proprio gradu. Tenetur præterea raptor mulierem raptam sive duxerit eam in vxorem sive non, decenter arbitrio Iudicis dare.

Si opponas, non omnem raptorem subiicit talibus poenis. Ergo male ex eis generaliter inferri raptum esse peccatum mortale. Respondeo non posse negari antecedens: tum quia Concilium Tridentinum punit solummodo raptum feminæ, factum à viro causa contrahendi cum ea matrimonij: tum quia dantur tres casus in quibus pena antiquo iure constituta, non incurrerantur: quos in verbo Luxuria, quæst. 6.

Valerij Par. III. Tom. 2.

dicio 2: Sylvestris ex Pañormi refert: quorū primus habetur ex cap. Si quis virginem, § 6. quæst. 2. cū quis rapit libi deponatam. Secundus ex cap. Lex illa, in præced. quæst. 1. cum rapit illam cum cuius parentibus præcessit contractus de nuptiis cum eā contrahendis. Tertius ex cap. Cum causa De raptori: quando mulier in matrimonium futurum parentibus quantumvis iniuris consentit. Consequens autem eiusdem oppositionis ideo negari potest, concessio antecedente: quia in iis quæ prohibita sunt quia mala, quando patet ratio malitia, patr quoque malitia esse censenda est.

Ceterum circa penas à Concil. Trident. constitutas pro præxi nobis proposita: notandum occurrit difficultatem esse posse, an in tribus casibus allatis ea locum habeant, si mulier abducatur vt matrimonium etiam iniusta ineat. Nam quod locum habeant, videtur ex codem doceri: quod intentio Concilij sit suo decreto libertatem matrimonij tueri, penas eas grauissimas imponendo illam offendentibus per raptum; vt offendit ille etiam qui sponsam iniuitam abducit ad ineundum matrimonium. Sed contrarium quod tangit Henriquez in sua summa lib. 12. cap. 14. num. 5. non caret probabilitate: quia decretum prædicti Concilij, cum sit penale, intelligendum est cum restrictione ad proprietatem raptum: non autem cum extensione ad alium (presertim per ius antiquum) improprie dictum, prout raptus sponsæ dicitur, cum sit rei ad quam ins habetur. De raptu autem mulieris consentientis differentibus parentibus sub quorum fuerit custodia, idem maiore ratione dici potest: quoniam ad libertatem matrimonij, parentum voluntas nihil conferit; sed tantum voluntas contrahentium. De impedimento matrimonij per raptum quæ notanda sunt commodi tradentur in sequenti tomo cum de matrimonio ipso.

De excommunicatione vero in codem decreto raptori imposita, occurrit notandum: tum quod ea sit late sententia, vt patet ex particula, ipso iure, quæ in decreto ipso habetur expresa: tum eam nulli esse referuatam: quia id aliqui debuissent in codem decreto indicari, iuxta cap. Nuper, De sent. excommunic. §. In 2. cap. 6. nec indicatur.

De aliis penis ibidem à Concil. additis notandum occurrit non incurriri ante Iudicis sententiam, prout patet de infamia, quæ est pena juris, infligenda à Iudice. De incapacitate vero omnium dignitatum, idem coiici potest; tum ex eo, quod Concil. verbis illis: ac perpetuo infames, omniumq. dignitatibus incapaces, significet in capacitatem eiusmodi, eadem ratione qua infamiam, hacque præcedente incurri: tum etiam ex eo, quod tanta sit eiusdem pena acerbitas, vt merito censeatur Iudicis sententiam exigere, prout citatis Nauarro & Molina, Sanchez argumentatur lib. 7. De matrimon. disp. 13. num. 1. In qua disput. & præced. 12. bene persequitur spectantia ad hanc materiam.

De donatione demum, quod sententiam Iudicis requirat verba illa: decenter arbitrio Iudicis dotare, satis clare indicat. Circa quæ obiter aduertere quod etiam Sanchez in eodem num. 1. haberet in talis arbitrio spectanda esse, tam raptoris quam raptæ, conditionem personæ: cum eiusmodi pena imponatur in compensationem iniurie illæ; hæcque secundum eandem conditionem estimanda sit sive maior sive minor. Aduerte item si quædam secuta sint raptæ ex ipsis raptu, et in foro conscientiae esse à raptore refacienda, non expectata Iudicis sententia: quoniam tunc, sicut in aliis illationibus damnorum, obligatio est de iure naturæ.

De sacrilegio.

S E C T I O N VII.

IN materiali luxuriaz, sacrilegium dicitur esse violatio rei sacrae per actum venereum. Quæ contingere potest quinq; modis. Primo, quando persona votum habet castitatis, quo se Deo consecravit, consentit in actum luxuriaz; sive externum, sive internum, uterque enim est contra castitatem de qua tale votum est emisum. Secundo, cum in actum luxuriaz circa personam prædicto modo consecratam Deo exercendum consentit persona, quæ non est similiter consecrata; vt contingit quando persona non adstricta castitatis voto for-

31.

32.

natur, aut optat fornicari cum adstricta eodem voto; puta cum Sacerdote, cum moniali, &c. Nam in eo consentit cooperari sacrilegum voti violationi. Tertio, cum in eiusmodi actum, persona consecrata Deo, similiter consentit: cuiusmodi consenfu, perinde ac in adulterio coniugati cum coniugata, duplex peccatum commititur: vnum violatio-ne voluntaria proprii voti, & alterum consenfu in violatio-ne voti alieni. Quarto cum actus luxuriosus exerceatur interuenient rei sacre: prout sit cum quis vtrum sacra Scriptura ad iocos impudicos, quibus se & alios carnaliter oblectet. Id quod notabilem rei sacre iniuriam contineat, ideoque peccatum mortale esse, perinde ac voti violationem dubitandum non est. Pro quo facit prohibitiō Concilij Tridentini fine quartae sessionis: ne verba & sententia ipsius sacra Scriptura, conuentantur & torqueantur ad scurrilia, fabula, vana, &c.

33. Postremo cum actus luxuriae exerceatur in loco sacro, vndemalitia ipsius supra fornicationis malitia, mortaliter augetur. Id quod latius tractat Thomas Sanchez in lib. 9. De matrimonio disput. 15. Pro praxi autem nobis proposita sufficit no tare sequentia.

Primum est: per sanguinis aut feminis humani effusio-nem in loco sacro, hunc pollui, seu prophanari: ita ut consecratione indigeat, vt diuina in eo celebrarent, ex cap. Ecclesiis, distinc. 68. ex cap. Si motu, & cap. Ecclesiis, De consecr. distinc. i. ex cap. finali, De consecratione Ecclesia, & cap. vnic, eod. tit. in 6. Cum vero per eiusmodi effusio-nem grauis iniuria contra virtutem religionis inferatur diuinis (impediendo nimur celebrationem eorum, explenda libidinis venereæ gratia) manifestum esse quod istiusmodi sacrilegium, cum mortali malitia casfatu contra coniugiam habeat mortalem malitiam religioni contrariam, eamque spacie diuersam: vt pote virtuti diueriae specieci contraria.

34. Secundum est: huic eidem peccato obnoxios esse coniuges, si in loco sacro vtantur copula coniugali: nisi necessitate ipsos excusat. Etenim per talem copulam locum ipsum sacram pollui, negant quidem aliqui: ceterorum tamen sententia vro, q. magno numero commemorat Sanchez loco cit. n. 7.) affirmatiū pollui, pollui, probabilior est, vt & rutor: quoniam iura ante memorata generaliter ac sine distinctione statuant Ecclesiam pollui sanguinis, aut feminis emissione. Sic ut ergo conceditur secundum eadem iura, sanguinis effusio-ne, etiam si alias licita (vt cum reus dignus morte occidit a iustitia ministris) pollui locum sacram: in quo facta fuerit: ita etiam concedendum est pollui effusione feminis, etiam alias licita, vt est in legitimo matrimonio.

Tertium est: non modo perentem sed etiam reddentem coniugale debitum, obnoxium esse prædicto peccato; quia actus ille carnalis, in quo committitur, aequo pendet ex redi-tione atque petitione debiti. Ita tenentes plurimos com-memorat ibid. num. 8. Sanchez. Consequenter agens pluribus de necessitate quæ vtrumq; excusare potest, meritoq; asten-tur illis, qui concedunt eam contingere quando coniuges intra locum sacram sic obfessi sunt, vt non pateat ipsiis ad loca non sacra egressus, & longo tempore duratur est obfessio: ita ut tenet humana fragilitate, moraliterq; loquendo, censi-fi possit in coniugib; ad eis incontinentia periculum, cui Ecclesia (ne videatur d. cipulam infirmis tendere) nolit occasio-nem dare, statuendo locum sacram violari per sanguinis, aut feminis effusione: sed potius, commiserando eidem filiorum suorum infirmitati, non ius statutum illud suum exten-di ad casum urgentis necessitatis euadendi periculum mortaliter peccandi. Pro quo ipse Sanchez in seq. num. 1. 4. citat ali-quos authores.

35. Quartum est: difficultatem esse: An sacrilegium istiusmo-di contingat, si copula carnalis in loco sacro occulte exerceatur. Pro cuius veraque parte, idem author aliquot Doctores citat in eadem disput. nu. 10. & 11. Cum eodem vero dis-tinguendum videtur: vt sacrilegium tunc contingat quidem ex natura actus: non tamē ex modo quem eadem copula requirit, vt re ipsi impedia diuinorum celebrationem. O-poret enim manifestam esse, vt palam constet de ireue-rentia loco sacro illata, ob quam sit ibi omittenda diuinorum celebratio. Id tamen non obstar, quin etiam si factum

sit occultum, debeat cum eo circumstantia loci exprimi in confessione: ob hanc maxime causam, quod sic fundet sacrilegij malitiam, vt quantumcumq; nullus alius actus libidino-su interueniat: ex ipso (tanquam sacrilegio ex natura actus) prophanatio supra memorata confurgat, cum manifestatio eius adueniri per communem famam, vel criminosorum protestationem, ei probabiliter æquivalentem.

Quintum est: non esse sacrilegium de quo agimus, si quis fœminam quam videt, aut cuius meminit, concupiscat in loco sacro, nisi appetat expresse, illam suam voluntatem ex equi in eodem loco. Item nec si alpebus, nutus, aut verba in honesta: imo & actus alios quantumcumq; turpisbedem usurpet, dummodo periculum abstat pollutionis, effusionis feminis; ita vt neccesse non sit de talibus confundendo circumstantiam loci aperire. Ratio est, quia tales actus cum sint, vi supponimus, sine feminis effusione in loco sacro, ac sine illius periculo, non repugnant consecrationi loci, neq; eum violant: adeo vt possint diuina officia in eo peragi ac defuncti sepeliri. Aduerte tamen si tales turpes actus coniuncti sint cum defiderit per perpetrandi ibi carnalis operis, declarandam esse talis loci circumstantiam, non secus acsi perpetratum scribi opus: quoniam actus internus, & externus pertinent ad eandem speciem, quando vterque tendit ad idem obiectionem cum istud circumstantiis: cum mutatis vero circumstantiis, minime. Et ideo sacrilegium est quidem, etiam existentem extra locum sacrum, optare copulam carnalem ex-ercentem in loco sacro: nō est tamen existentem in loco, etiam sacro, eam optare exercendam extra talem locum. De quibus Sanchez quidem pluribus in eadem disput. 15. queſt. 2. Sed dicta, nobis sufficient.

Sextum est: quod idem in seq. queſt. 3. Late per equitum: & ad quod pertinent iam dicta à nobis in lib. 14. cap. 6. sub initium; nomine loci sacri significari maxime Ecclesiastam confraternitatem, aut benedictam ab Episcopo: ac diuinis, autoritate ipsius, deputaram. In qua, ad iudicandum de sacrilegio nobis proposito, spectandum est spatium pertinens ad corpus ipsius interioris: vt pertinere censeret illud quod in ea est à pariete summi altaris ad parietem oppositum, limenq; ianuarum, & à pavimento usque ad interior teatum seu tabulatum, aut & cameream. Cetera enim spatia supra vel infra, vel extera Ecclesiam esse dicuntur, non autem in Ecclesiastis forte in illis constituta essent sacella ciudem Ecclesiae, ad quae per eam pataret aditus: talia enim censerentur ad ipsum corpus Ecclesiae pertinere, atque conditionem ipsius subire; si ad diuinam deputentur, id est, ad canendas preces Canonicas, aut ad Misam dicendam, aut ad fideles sepelendos. Quae conditio additur, vt excludantur camere instituta ad alia usum; ut sacrificia ad conferandas res Ecclesiae, & campanile ad cōtinendas campanas quibus populus ad diuinam vocatur: clausa item Religio forum non definita ad sepulturam: corun-dem habitacula, & officina.

Quæ omnia citatis authoribus Sanchez in eadem disput. 15. queſt. 4. tractans; amplius notat in num. 37. illam nomine Ecclesia non censer, quæ authoritate Superioris destruata est sine spe reparacionis; & in num. 38. partem qua amplificata est Ecclesia aliqua, l. c. et non benedicatur comprehendit no-minem loci sacri: quia pars addita coalescit in unum corpus cum prioribus partibus. De eo quod idem disputat num. 39. an eodem nomine loci sacri comprehendantur oratoria, quid teneri debeat satis intelligi potest ex his quæ diximus in memorato cap. 6. De cemeteriis ab Episcopis benedictis quod reputari debeat loca sacra in quibus feminis aut sanguinis effusio sit sacrilegia: patet ex eo, quod nequeant ibi fideles defuncti sepeliri, donec reconcilientur: ex cap. vnic. De consecr. Ecclesie in 6.

De peccato contra naturam.

S E C T I O N VIII.

Vltima species luxuriae, est peccatum contranaturam, consistens in actibus venereis, in quibus pervertitur ordo quem natura posulat, vt sequatur conceptio prolis eiusdem speciei. Qui ordo quinque requirit. Primum est, cœundam & duorum: secundum, eadem natura in vroq; tertium, sexus diuersus: quartum, vasa congrua: quintū, debitus mo-dus: ex quibus distinguuntur diuersa talis peccati species

(de quibus cum D. Thoma Caet. 2. 2. quæst. 15. art. 11.) nam ex defectu primi, constituitur mollities, consistens in corruptione sui absque alterius coniunctione: ex defectu vero secundi, constituitur bestialitas, quæ committitur coniunctio ne hominis cum bestia, vel etiam cum dæmonie: ex defectu porro sive tertij sive quarti constituitur Sodoma, qua mas cum mare, aut foemina cum foemina, coniungitur; aut si mas cum foemina, id non sit in vase congruo accommodato ve ad generationem: ex defectu denum quinti modi, cōstituitur inordinatus concubitus: qui cum sit quoad cetera naturalis, quoad modum est contra naturam, ita ut semen ad proles generationem recipi vel attrahiri non possit. Idem iudicium est, si alter ex cōcubentibus, receptionem ipsam, vel attractionem impedit, iuxta ea quæ loco cit. dub. 5, habet Caet. cuiusmodi peccatum censetur fuisse commissum ob Onan filio Iuda, quando cohabitando cum Thamar effundebat semen in terram: etiamque ob cauam occidit eum Dominus, tanquam facientem rem detestabilem, ex cap. 38. Geneos.

Quod si peruersio modi non sit tanta quin cōceptio proles sequi possit, non censetur peccatum istius generis, neq; de se mortiferum ex probabiliore lententia: pro qua authores magno numero refert Thom. Sanchez lib. 9. De matrim. dispu. 16. num. 3. Ad cuius confirmationem supponendum est primo, eam intelligi de copula coniugali: quoniam de alia, tanquam fornicularia, non dubitatur peccatum esse mortale. Supponendum est secundo, inordinationem, ex qua in coniugali copula ostenditur malitia, ratione peruersio modi naturalis, accidentiarum esse eidem copula, et secundum substantiam suam tantum requirat, ut exercetur inter legimos coniuges, accommodate ad finem coniugij: qui est proles generatio. Supponendum est tertio, candem inordinationem influere malitiam in coniugalem copulam, non quidē ex parte situs corporis secundum se sumptu, sed ex parte cause propter quam is usurpat: vt pater, quia non est illicitus, quando ex iusta causa usurpatuerit sine periculo effusio nis feminis extra vas, ac fine impedimento conceptus proles. Cuiusmodi causa cōfetur dispositio corporis in homine valde obeso, itemque periculum suffocationis fetus in muliere grauida, & si quid aliud sit, quod non patiatur modum ordinari coeundi.

Quibus ita suppositis, proposita sententia ex eo confirmatur, quod malitia contingens in coniugali copula peruersi ordinis, sit tantum finis in debito: puta delectationis venere in illa quæ sitate intemperanter: quæ intemperantia nō est mortalis, nisi egrediatur terminos coniugij: prout censetur egredi in eo, qui ad talen delectationem adeo afficitur, vt quantumcumque viror non esset ea cum qua copulatur, aut etiam si conceptio fetus impeditur, vellet nihilominus ea frui: Quæ voluntas perinde peccatum est mortale, ac copulatio cum aliena, aut cum propria quidem sed impediendo proles generationem: quia actus internus & externus sunt eiusdem malitiae.

Consequens est autem ex his, quod præter alios, quos Sanchez refert, Tolotus in summa lib. 5. cap. 13. sub finem habet: à mortali excusat actu coniugalem in quo vir succumbit foemina, vel retro ad eam accedit si absit periculum effusio nis feminis extra vas (ut abesse potest, cum semen in famineam matrem attrahatur per vim naturalem existentem in ea, sicut in stomacho inest naturalis vis attrahendi cibum) nec conceptus proles impeditur. Quid tandem nō obstat quin ad notitiam itatus penitentis, talis circumstantia aperienda sit in confessione: tum quia illam mortalem esse multorum sententia est, quorum in praed. num. 2. Sanchez meminit: tum quia omnes concedunt esse veniale valde gratae, quod tanquam brutalitatem quandam Confessarius dissuadere debeat, etiam ex obiurgatione.

Ceterum querenti: An coniugi exigenti copulam quod ad modum indabitam, alter teneatur, aut possit reddere. Re spondendum est, vt responderet Sanchez, alius citatus in ead. dispu. 16. num. 8. nec teneri: nec posse reddere cum periculo effusio nis feminis extra vas, aliove impedimento generationis proles: quia peccatum est de mortale, contrarium legi proprio que fini matrimonij. Alias autem si necessitas petentem excusat à peccato, alterum & posse & teneri reddere, quia nul-

la est causa recusandi. Si vero necessitas noti excusat, quia ille petit tantum ad maiorem delectationem, debere quidem recusare ob abusum: posse tamen reddere si aliqui timeret verbera, aliave incommoda iudicio prudentis merito metuenda: perinde a vnuenit debitori respectu creditoris ab eo ad abusum pecuniam sibi debitam petentis, grauibus minis interpositis.

De mollitie.

S E C T I O N I X.

Mollitie est voluntaria feminis emissio absque copula, quæ alias dici solet voluntaria pollutio & immunditia. Pro cuius maiore notitia notandum est primo, quod aliis ciatatis habet Sanchez, in lib. 9. de matrimonio, dispu. 45. in principio ex membro pudendo præter virinam & semen, procedere aliquando tertium quendam humorem medium, qui feminæ est similis in colore, & infectione, carnisque commotione, quæ ipsum aliquando comitatur: dissimilis autem in eo, quod nō sit ita mordax & crassus, facilisque fluat, nec cum tanta carnis commotione, & in minore copia; atq; aliquando inperceptibiliter, & sine carnis motu. Solet autem appellari distillatione: de qua n̄is rebellio carnis eam comitaretur, non est et magis curandū quam de sudore; vt idem addit ex Caie, in tom. 1. opus. tract. 22. art. 2. in fine. Eam autem non esse pollutionem, D. Thom. in Opus. 64. cap. De fluxu feminis, notat deprehendi hoc signo, quod pollutio in vigilia nequeat esse absque carnis commotione, & venerea delectatione, seu tali, qualis percipitur in concubitu.

Notandum est secundo, quod mollitie peccatum sit mortale, constare ex eo, quod D. Paul. in priori ad Corinth. cap. 6. versu 9. ponat molles inter eos qui a regno celorum excluduntur, & ad Galat. cap. 5. immundiciam ponat inter peccata quæ qui agunt, regnum Dei non consequentur, & ad Ephes. cap. 5. immundum numeret inter eos qui non habent hereditatem in regno Christi & Dei. Accedit ratio, quod ipsa sit contra naturam, vt pote quæ aduersatur generationi, ad quam natura destinavit semen: itemq; bono communis, quod magnopere ledetur per fornicationes, adulteria & alia id genus flagitia: quæ cōfentur concessa, si extra matrimonium eiusdem feminis licet.

Quæ ratio etiamsi locum non habeat in distillatione pre memorata: sufficiens tamen insinuat illius procurations, peccatum mortale committi: cum & ipsa tunc coniugiam habeat notabilem commotionem spirituum vitalium, generationi & feminis effusione deservientium; vnde sit vt cōfetur pollutio quædam inchoata, & ad eius consummationem ordinetur.

Hic occurrit dubium; An cum semen est perniciosum vitæ, liceat conari illud expellere. Ad quod Thomas Sanchez in praed. dispu. 17. num. 19. responderet distinctione: inquiens illam perniciem oriri posse, vel ex quantitate feminis, quia nimis abundant; vel ex qualitate; quia corruptum est, transiuitique in qualitatem venenosam. Atque superabundantem non esse licitum expellere, quia prolificum est: cuius effusio nem aliter curare non licet, quam per copulam coniugalem. Corruptum autem licitum esse pharmaco, & medicinam expellere, quando iudicio medicorum id fuerit necessarium ad vita conseruationem. Rationem reddit, quia talia medicamenta nullatenus ordinantur ad effusionem veri feminis, sed tantum corrupti, quodque transferit venenosam qualitatem. Nec refert, quod aliqualis emissio veri feminis per accidentem, & præter intentionem subsequatur: quia id prouenit ex re necessaria ad salutem corporis; vnde sicut est licitum pudenda ostendere chirurgo cum exigit necessitas medendi eis, aut ea incidendi (vt quando foemina est arcta) etiam si per accidens ac præter intentionem aliquid pollutio nis sequatur, pari fani ratione licebit expellere prædictam prauam qualitatem in quam semen transiit; præfertim cum in tali casu (etiam si per accidens sequatur pollutio) procul absit periculum in eam consentiendi ob delectationem: tali infirmitate scilicet obstante, reprimenteque eius vehementiam.

Iam si esset dubium, num ex quantitate, an vero ex qualitate feminis infirmitas proueniret: si quidem iudicium medicorum tale sit, vt qui doctiores sunt inter eos neutri

parti acquiescant, non licet illud expellere, tanquam manens in possessione opinionis quod ipsum sit verum, & generationi aptum: cum talis aptitudo ei suapte natura conueniat. Sin autem idem medici opinentur probabiliter infirmitatem prouenire ex qualitate seu corruptione feminis, licet tunc expellere illud, non obstante formidine aliqua de contrario; quoniam probabilem opinionem sequens, potest tutus esse in conscientia, tanquam agens prudentius consilio.

41. Notandum est tertio, quod cum pollutione carnalis contingere possit, tum in somno, seu omnino dormientibus: tum in vigilia, seu omnino excitatis a somno: tum demum partum in somno, partum in vigilia, seu nondum ita excitatis a somno, quin adhuc semidormiant. Notandum, inquam, est primo modo contingentem, non esse in se peccatum ob defectum vñrationis, in eo, qui polluit: & tertio modo non esse peccatum plusquam veniale ob defectum plenius vñrationis: ita ut secundo maxime modo, sit ea cui conuenit memorata ratio peccati mortalis.

Notandum est quarto, pollutionem qua non est in se peccatum mortale, posse esse in alio: nimurum, tum in sua causa, tum in suo effectu: seu, quod idem est, tum in antecedentibus, tum in consequentibus ipsam. Atque in antecedentibus tripliciter: prout patet ex Nauar. in Enchir. cap. 16. num. 7. & 8. Ac primo in desiderio, affectu; delibero: ut cum quis deliberate desiderat pollutionem habere; idque ob delectationem carnalem. Quod addo: quia si desiderat prout simpliciter via naturali prouenit a naturalibus, causis sine omnilibet cooperatione, id est ob aliquem rationabilem finem: ut ob sanitatem, vel ad sedandas carnis tentationes quibus interdui vexatur, excusari potest a peccato: dummodo non sit tale desiderium quod det causam pollutionis. Pro quo preter Nauar. aliquot alios Lessius De iust. & iure lib. 4. cap. 3. num. 106. refert.

Secundo, peccare potest procuratio ipsius pollutionis; sive semper est peccatum mortale ob quemcumque finem ea procuratur. Vnde qui cibis calidis vescitur, vel aliud facit eo animo, ut in somno pollutione ei accidat, mortaliter peccat. Quod si obiicias, licere pollutionem desiderare propter sanitatem, ideoque pariter licere, illam propter hanc procurare. Responde Nauar. non valere eam consequentiam, ut nec istam. Licet desiderare mortem hominis nequam & perditum ergo licet ipsum occidere.

Tertio, peccare potest mortaliter in eo, quod non removet causam futura pollutionis quam animaduertit, aut debet animaduertere. Nec enim excusat ille qui facit id vnde sequitur pollutione, si probabiliter cognoscet eam in defecutram: aut ignoret quidem, sed ex magna sua negligentiā: sicut censetur is qui sape experitur pollutionem sequi ex eo, quod tali modo dormiat, & negligit ad id aduertere. Atamen ad tale peccatum non sufficit in hoc casu aduertere causam: sed præterea requiritur. Tum ut quis eam animaduertiam remouere valeat, cum non valens non peccet: nisi forte, quod intrinsecus malum est, in pollutionem ipsam consentiat, sive in ea complaceat. Tum etiam, ut tali causa sit, quam tenetur remouere: sicut teneri censetur cum nec ad notabile bonum consequendum, nec ad notabile detrimentum evitandum, sive proprium fine alienum ea conductum.

42. Sic enim conducat, dummodo absit periculum consentiendo: nec sit res que de se conferat ad pollutionem, nec ad eam ordinetur intentione agentis: quantumvis præuideat quis eandem securitatem ex tali re, non ideo tenebitur hanc remouere, ob periculum pollutionis, si sciat hanc securitatem tanummodo per accidens: nempe patiente eam ex humana infirmitate, nego: consentiendo in eam. Ratio autem est, quia a personae ius suum, seu facienti quod iure potest, non imputatur effectus inde per accidens, ac præter intentionem suam subsecutus: cum alioqui multas actiones necessariae omittenda essent, innumerique videbentur laquei timoratis conscientias iniecti, quod minime dicendum est.

Ex qua doctrina pro qua authores magno numero refert Sanchez: in lib. 9. De matrimonio, disput. 45. num. 4. deducitur, eum qui predictarum rerum studio incumbit, non ex curiositate, sed ad bonum finem, non teneri ob periculum pollutionis relinquere id ipsum studium; nisi simul periculum esset con-

fentendi in illam. Quod idem iudicium est de aliis occupationibus non conferentibus quidem ad pollutionem, habentibus tamē per accidens cōiuicētum illius periculum, si necessarie sint ad aliquod notabile bonum acquirendum, vel notabile detrimentum vitandum. Sic qui ex certo accubitu intelligit pollutionem sequi: si aliter nequeat dormire, non tenetur aliter accumbere. Similiter qui non habet cibos quibus vescatur, nisi eos vnde de pollutione timetur, non tenetur abstineri, si abstinentia sit ei notabiliter noctitura. Item qui ex caula valde vrgente (*vt quia morbus est gravis, nec aliis adsit qui mederi valeat*) medici exercet ministerium: quod est si de ad pollutionem nihil conferat: ex eo tamen *fficitata sua infirmitate*, præuidet imminere sibi illius periculum; siquidem firmiter sibi persuadet se minime in eam consenserum, excusari potest a peccato. Potest etiam is qui seit se periculo pollutionis equitando, si talis equitatio sit ex causa rationabili; & cessest periculum consenserit. Potest quoque fricans verenda ad sedandum pruritum illorum, & ex quo magnam patitur molestatiam.

In quibus & aliis similibus periculum pollutionis non obstat excusatio à peccato, dum agendi necessitas virget (*modo absit periculum confessus in illam*) ex eo patet, quod mulier nupta patiens verendorum arctitudinem, si per incisionem à chirurgis factam, possit apte fieri copulae, teneatur illam pati, ex cap. Fraternitatis, De frigidis & malefici. Itemque ex eo, quod matrona, ut iuxta cap. Nec aliqua, 27. q. 1. & cap. Propositi, De probatiorib. iuvare valeant, puellam aliquā esse virginem; possunt illius verenda inspicere ac tangere. In quo vtroque casu dubium non est adhuc periculum pollutionis satis probabile. Et certe durū est de mortali damnatione fordes verendis adherentes abſergetem, ne pruritum & fecorem patietur: cum eiusmodi actio non sit talis, quae ad pollutionem tendat de se, sed tantum per accidens; ne mē ex infirmitate agentis; absitq; ex diuinā maiestatis timore, vel amore, periculum consentendi in eam: quod quidem si adesset nulla daretur excusatio.

Notandum est quinto: magnam difficultatem esse inter Doctores; An ante tradita excusatio locum habeat, quantumvis non absit agendi necessitas, dummodo absit periculum confessus in pollutionem. Ac diuersos diuersas sententias refert Sanchez in cit. dispt. 45. n. 11. 12 & 13. Nobis pro praxi sufficiet cum eodem in sequentibus numeris, illam explicare, posita distinctione cauarum, in quibus pollutione præuidetur. Quædam enim sunt ex luxuria genere seu per se tendentes adactus venereo, ordinatosve ad excitandum feminis fluxum: ut tactus, aspectus, & verba quibus appetitus ad luxuriam excitatur, relinquendo vestigium quoddam, & inclinationem ad illam, prout argumenta sunt luxuriosa somnia, cū pollutione contingens dormientibus, sicut D. Thom. 2.2. quæst. 15.4. art. 5. attigit. Quædam vero non sunt ex genere luxuria, id est de se minime pertinent ad luxuriam, ut eius vel potius abundantius, equitatio, alioque similes actiones, ex quibus præter intentionem agentis, prouenient feminis decisi; non quidem facta per appetitum sensituum, quae tendit suapte natura ad coitum: sed per vim expulsuam, tendens de se ad naturae allusionem.

Quæ cum ita sint: si quidem causa in qua pollutione præuidetur sit prioris generis, nimirum in actio per se tendens ad veneros actus excitandos, ac pollutionem consummandam, excusatio non est a mortali, nisi ex indeliberatione: quia lex naturalis obligans ad non procurandam feminis effusionem, obligat quoque, nisi necessitas excusat, ad evitandas causas per se ac notabiliter influentes ad eam: cum tales nulla necessitate urgente admittere, sicut in effectum ipsarum, pollutionem inquam, consentire: quo dicitur mortale. Sin autem causa in qua pollutione præuidetur sit posterioris generis, seu non venerea; & per accidens tantum, concurrens ad pollutionem, potest esse excusatio a mortali: dummodo absit confessus in ipsam pollutionem, ac in eiusmodi periculum. Ratio est, quia licet ad illam concurratur per accidens, non est tamen vere & mortaliter causa illius. Vere enim procedit à vi naturali expulsive, quam suum effectum sortiri nemo sub mortali impediens tenetur, nisi forte concurrat alia causa per se volita, influens notabiliter in eiusmodi effectum: id quod prudenter iudicio definitum relinquitur.

Notandum

44 Notandum est sexto de malitia pollutionis quæ in sua causa non pertinente ad luxuriam, prævisa est quidem, non tam intenta iudicandum non esse ex speciali malitia quam ea ipsa causa habet; ita ut quantumcumq; eadem suo genere sit mortalisi; si prout talis nihil conferat ad pollutionem, hæc non sit propter ea mortalisi censenda; vt si quis comedat rem suæ sanitati valde nocentem in qua præuidet, sed non intendit pollutionem. Itud Sanchez habet in ead. disputatione 45. n. 17. & ante eum Suarez & Vafquez, quos ipse refert in preced. nu. 16. R. tio vero est, quod de peccatorum aggrauatione iudicandum sit tantum ex accidentibus quæ ad illam conferunt, prout habitum est in preced. libr. 14. cap. 2. sub initium. Ceteratenim censentur esse tantum phisica, non item moralia accidentia.

Notandum est septimo: pollutionem nullo modo in se voluntam, sed indirecte tantum in sua causa, non esse peccatum, sua malitia interiora sed exteriora sua causa: quia non alter quidquam peccatum est, quæ prout voluntarium; cum vbi cung; cessat ratio voluntarij, cesset & ratio peccati. Ita do-centes plures refert idem Sanchez in seq. n. 28.

Consequenter inferens, pluribus quoque citatis: eum qui occasione inculpabiliter dedit pollutioni, si de eo legitime pertinet, ante quam hæc subsequatur, postea subsequenter vacare culpa: cum non habeat intrinsecam ut pote in se non voluntariam: nec extrinsecam ex data illius causa: quia culpa commissa eam dando absiterna est; præuaq; voluntas emenda precepit. Attamen in confessione aperienda erit subsequenter ipsa ad plenam manifestationem culpa antegressa.

Notandum est octavo, Quoties peccatum mortale est pollutioni prævisa causa dare, non remouendo hanc notabiliter influentem in illam, totius similiter mortale esse, causam dare prævisa notabiliter distillationi, cuius meminimus in preced. nu. 39. & 40. aut cōmōtione spirituum viralium generationi seruentium. Ratio est, quia talis tum distillatio, tum commissio notabiliter turpis est, & quodam pollutio inchoata, & ad eius consummatiōnē de se ordinata. Quanquam tamen sicut coniugati possunt sine mortali culpa se mutuo tāgere & afficere, ac inter se verba laetitia vspurare, deq; futura copula cogitare cum aliqua venera delectatio-nis, ita etiam possunt a mortalī excusari si in eo sentiant spōte aliquam cōnotiōnē spirituum vitalium generationi de-fuentium, aut etiam distillationem p̄dicitam; etiam si non excusentur si consentiant in pollutionem, aut in pollutionis periculum: quo si voluntaria effusio seminis proueniens aliunde, quam ex coniugali copula, nūquam a mortalī excusat: cum semper repugnet natura institutioni, quæ ob communem bonum administratio ciuilem feminis, nullo modo extra ipsam coniugalem copulam, permisla est homini arbitrio.

45 Notandum est nono, Actum mortaliter turpem contra sexum præceptum, si in eo præuidetur pollutio, etiam si non intendatur, habere specialem inuiditatem mollitici, ob ipsam pollutionem prævisam: cum qua connexionem habet naturaliter, per quā notabiliter in eam influit: & est per se illius causa. Quinimum ob hanc candem rationem, ut bene Sanchez in nu. 24. idipsum verum est etiam si pollutio non prævideatur: si quis tamdiu perficiat in actu turpi ex quo sequitur pollutio, vel eius periculū; vt censendus sit debuisse præudere: quod arbitrio prudentis relinquatur.

Notandum est decimo, quomuis non licet pollutionem procurare tamen quādo cepta in somnis, est in natura illius, dummodo celst periculum consensu in delectationem veneream, ad quod opus est imploratione diuini auxilij) licet eam non impideat ad vitandum morbi periculum. Ratio est, quia id non est procurare sed pati effusionem feminis, ne corruptum noceat. Pro quo, aliquot authoribus citatis, Sanchez in seq. zib. 47 nu. 17. ait, ipsum habere etiam locum vbi pollutio copit culpa patientis: si quidem præterita culpa peniteat: quia per penitentiam amouet causam præterita culpabilem: deincepsq; solummodo patitur, ac non resilit eidem passioni, ad sanitatis conservacionem, quæ est finis conueniens ac optabilis.

Notandum est undecimo, Quoad pollutiones ex Dæmoniū illusione, vel natura debilitate prouenientes in somno,

cas non esse de se peccata; posse autem esse, toni in sua causa iuxta antedicta: tum etiam in suo effectu: vt quando quis in ea facta complacet sibi ob delectationem veneream acceptam, quæ est materia de se illicita: non vero si ob aliquem bonum finem, vt reuelationem à carnis vehementioribus stimulis.

Notandum est duodecimo, Pollutionem, etiam continentem in vigilia cum plena rationis aduenture, non esse peccatum, si quis voluntatis consensum ab eo omnino cohereat, studeat; causam eius remouere iuxta antedicta. Imo vero si patienter ferat molestiam, quam patitur occasione talis infirmitas, ea est illi causa meriti.

Notandum est decimoterio, In pollutione voluntaria, cum peccato mollitici peccata alia concurrent: aliquando unum, aliquando plura: nam si quis illam admittendo, delideret vel imaginetur vnam virginem, vnum stuprum: si vna conjugatam, vnum adulterium: si plures, plura siue stupra siue adulteria, cum mollitie concurrunt: & sic de ceteris siue specie siue numero differentibus: quæ omnia in confessione distincte explicanda sunt.

Notandum est postremo, Mollitatem aliquando committi ab vniça persona seipsum prouocante, siue mas siue fo-mina: aliquando a duabus vna alteram adiuuante: quod multis modis contingere potest: quos quia speciem peccati non mutant, non est necesse Confessarium cognoscere, sed sufficit ut cognoscat pollutionem factam esse cum auxilio vel sine auxilio alterius. Hæc qui plenius tractata optet, legere potest Ioannem de Salas ad I. 2. D. Thomæ tomo 2. tra-ctat. 13. disput. 6. sect. 11. & septem sequentibus. Ea paucis perstringere vñum est consultum, & sufficere Confessario pro ordinaria praxi.

De Sodomia & bestialitate.

S E C T I O X.

46 A d constituendam propriam dictam Sodomiam (licet nobis pro animalium nature quod medius licet pro salute corporum, res suis verbis ut facile captiunt exprimere) requiritur cōmixtio viri siue cum viro, siue cum femina in ea corporis parte per quam, ut Scriptura loquitur Matth. 15. numer. 17. quod intrat in os vadens in ventre emittitur in fecesum. Vnde in rigore, nō est Sodomia si mares se mutuo complexi-entiam uno alteri supposito, sequatur feminis effusio; dummodo ea non fiat, intra memoratum vas: quia si fiat complebitur ratio Sodomia. Vnde ad hanc (quod Nauar artigit in Enchir. cap. 27. nu. 24. §. 4. versus secundum D. Thomam 2.2. quaestio 154. art. 11. generaliter sumere nomen Sodomia, dum eo comprehendit omnem pollutionem habitantem cum alio vel alia extra vas ordinarium: quia ipsum proprie dicitur tan-tum de ea effusione feminis intra memoratum vas, quam Nauarrus appellat copulam Somoditicam: adferens in confirmationem id quod habetur in cap. finali De sponsalibus, non consummari copulam nisi intra vas naturale semen confundatur.

Memorata igitur effusio non Sodomia, sed mollities est proprie: ea tamen grauitissima, perinde ac quando vir coiens cum muliere effundit de industria semen inter coxas ipsius, ut accidit Onam coeunt cum Thamar eniū ante memini-mus. Ob quam grauitatem mollitie superadditam, talis circumstantia quantumvis non mutet speciem explicanda est in confessione ad aperiendam magnitudinem intemperian-ty, & effrenata libidinis cum qua tale flagitii perpetratum fuit. Adde & confessum in alterius peccatum mortale, aut certe ei illata in iniuriam, si à peccato excusetur, eo quod non sponte sed violenter, aut ignoranter, ut contingere potest dormienti, tale quid ipsi contigerit. Sic autem fieri potest talis declaratio tacitis studio honestatis particularibus modis. Pausus sum voluntariam pollutionem cum alterius contactu aut amplexu, aut etiam congressu: sine Sodomiticam tamen affectu; quiquidem affectus interueniens exprimitur est, tanquam mutans speciem: quippe qui Sodomia molitiam habet.

Quam graue autem peccatum sit Sodomia, satis patet ex supplicio quo punitum est, à Deo Genet. 19. & ex exagge-

ratione qua D. Paulus ad Rom. 1. aduersus illius reos vritur, & ex pœniis quibus eodem afficiendos esse ius decernit. Civilis enim in authenticis, collat. 6. tit. Ut non luxurietur homines contra naturam, decernit pœnam acerba mortis: nimurum flammam, iuxta ea quæ ex eodem iure notat. Couar. ad Clemen. vnicam De homicidio, 1. parte §. 1. n. 6. atq; receptam confuetudinem. Canonum ius vero statuit in capit. Clerici de excessibus Praetoriorum: si Clerici sint, deponantur vel in monasterium ad agendum penitentiam detrudatur. Sin laici excommunicetur. Et per constitutionem Pij 5. verbis illis, quæ refert Nauar. in Enchir. cap. 27. n. 249. omni priuilegio clericali, officio, beneficio ac dignitate priuantur: ac præcipiunt tradi brachio seculari post degradationem ipsorum per Iudicem Ecclesiasticum. Quæ priuatio, vt Nau. ipse bene declarat, incurrit ipso iure, ab eo qui tale flagitiū exercet, id est, id est, qui sic in illud labi consuevit, ut arbitrio boni viri dici possit exercitator illius; non autem ab eo qui cadit aliquoties, & ipsum pœnitit cecidisse.

Legendus est ibidem ipse Nauarrius: tum pro pleniorie eius rei notitia: tum pro eiusmodi crimino, excusatione ab irregularitate, cui Couar. loco cit. obnoxium ipsum esse existimat, relatis aliquot alijs in suam sententiam. Quam Nauar. ex eo reiicit, quod irregularitas incurrit tantum in casibus iure expressis ex cap. Is qui, De sententia ex commun. in sexto. Neq; ad eam peccati enormitas sola sufficit, cum odiu Dei sit peccatum natura sua grauius quam Sodomia, nec tamen cum fuerit occultum, inducit irregularitatem: vt non negarit Couar. Quare nec Sodomia occulta inducit. Quæ ratio cum tanti doctoris autoritate, potest in praxi sufficere ad moraliter certitudinem.

De bestialitate, quod grauitate malitiae Sodomiam superet, ratio ipsa naturalis, & conscientia dictamen (quod ne quidem in improbissim penitus extinguitur) satis superq; vnicuique testificatur. Certe cum Sodomiam in se perinde includat, ac adulterium, fornicationem, superaddendo differentiam mortaliter aggrauantem, censenda est malitia grauissima: quam Scriptura sacra indicavit cum in illius detestationem statuit Leuiticii 18. & 20. non modo illius perpetratorem, sed etiam bestiam cum qua perpetrata fuerit, morte delendam esse. Quod autem iisdem pœnis quibus Sodomia faciat obnoxios illos qui eis contaminauerint, non videtur dubium: cum ut diximus Sodomiæ ipsam includat: perinde ac adulterium, fornicationem.

Cæterum cuius speciei fuerit bestia cum qua commissum est tam nefandum scelus, non est necesse Confessarium inquirere: quia inde non variatur species peccati: nisi forte fuerit bestia infernalis, seu dæmon incubus aut succubus: quia coniunctam haberet malitiam pauci cum dæmons, aperiendam in confessione, tanquam aggrauantem mutando speciem. Circa Sodomiam autem inquireda est circumstantia personæ, ad intelligendum an coniunctam habeat malitiam adulterij, aut sacrilegij aut incestus. De cætero circa vtrumq; tale flagitium antequam absolutione detur, curandum est vt sublatis occasiis illorum propinquia: immo vt criminosis ad Superiorum pro ea remittatur non tantum quando fuerit illi referuata, vt plerumq; solet: sed etiam nonnunquam quando non fuerit: nimurum propter illius enormitatem, de qua cōsultum est Superiorum cognoscere, qui efficacius remedium ei adhibere posse censemur.

C A P . V L T I M V M.

De gula.

S V M M A R I V M.

52. Definitio gula, cum modis quibus ea contingat.

53. Septem causas in quibus peccatum gula est mortale.

54. Species gula, crapula & ebrietas, quodq; peccatum gula censetur posse solammodo veniale etiam in eo commissum sit excessus v. q. ad vomitum.

55. Ebrietas procedens v. q. ad priuationem vsus rationis peccatum est mortale, duobus causis exceptis.

56. Quid sit iudicandum de nimio potu sine priuatione vsurratione.

57. Signa ex quibus deprehenditur cuiusmodi fuerit ebrietas.

58. Peccatum concurrentis ad alterius ebrietatem.

59. Quomodo explicandum sit in confessione peccatum ebrietatis.

60. Quomodo facta in ebrietate sint peccata, aut à peccato excusentur.

61. Descontradicibus factis in ebrietate, & panis ebriorum.

62. Defiliabus gule.

D E gula peccato agitur in ordine ad sextum & nonum Decalogi preceptum, tanquam de eo quod fouet luxuriam, iuxta illud tritū, Sine Cere & Baccho friget Venus; & illud quod Ezechielis 16. vers. 49. inter causas iniquitatis Sodomæ ponitur saturitas panis: & quod ad Ephes. cap. 5. vers. 8. Apostolus vetat inebriari vino in quo est luxuria: ita autem institutum tractationem Gratianus dist. 55. art. 41. & 44. D. Thomas ac ipsius interpres 2.2. quæst. 14. 8. & 150. Summarij in verbo Gula, & in verbo Ebrietas. Nauar. in Enchir. cap. 23. num. 119. & alij quos commemorat Sebasteianus Medicus in sua summa De peccatis tit. 7. quibus accesserunt recentiores aliquot.

Definitio gula, & quibus modis ea contingat.

S E C T I O . I.

E st autem gula cibi potusq; appetitus inordinatus, seu excedens rationis prescriptum. Quod fieri potest quinq; modis indicatis hoc verlu:

Præpropere, laute, nimis ardenter, studiose.

Quorum sensus est, peccatum gulae comedendo vel bibendo committi ab eo, qui præuenit tempus debitum, aut qui quærit nimis, pretiosum cibum & potum, aut qui nimis, multum sumit, aut qui sumit cum nimia auditate, aut qui cibos quærit nimis delicate præparatos. Hos ex D. Greg. lib. 10. Moral. relatios tractat D. Thom. in cit. qu. 148. art. 4. De quibus notandum est, peccatum gulae committi, tum in substantia cibi & potus, cum præter modum ea est pretiosis & laute, tum in quantitate, cum quis plus sumit cibi & potus, quam egerat sufficiantem suam: tum in qualitate, cum quis quisque cibum nimis exquisite apparatu: tum in ipsa delicatione gustus: quæ nimis placens, efficit vt cum auditate nimis cibus & potus sumuntur: tum demum in tempore, cum cibus & potus indebito tempore sumuntur.

C a s u s in quibus gula peccatum mortale est.

S E C T I O . II.

P ORRO quocunq; ex his modis peccatum gulae committatur, mortale est in septem causis. Primus est, quando in delectatione cibi & potus ponitur vitæ finis: vt censetur fieri ab ijs qui nihil querunt aliud, quam edere, & bibere: ei delectationi postponentes diuinam voluntatem: ita vt quadratin cosillud Apostoli ad Philip. 3. Quorum Deus venter est.

Secundus, quod ex appetitu cibi, & potus aliquis id agit à quo abstinerre ex præcepto obligatur sub mortali, vt is qui diebus vicitis vescitur carnis, aut in diebus ieiunijs, illud frangit, cum seruare posset, aut qui lauitis ac pretiosis cibis vescendo contrahit debita; seq; impotentem reddit ad ea soluenda, aut qui non succurrat proximo, graue necessitatrem patienti, aut qui ideo filias suas in statu debito non collocat.

Tertius, quando damnum notabile corpori infert: vt cū quis cibi & potus sumptione grauiter offendit sanitatem corporis: item cum alteri causa est ciudem incommodi; illum in talen finem ad edendum & bibendum inducendo. Ad q; vtrumq; requiritur vt quis ad tale quid aduertatur aut aduertere debeat: prout debet cum alias expertus est id ipsum, sibi met, aut alijs nocere.

Quartus, quando graue scandalum datur proximo. Qua in re quam grauiter peccetur ostenditur illud ab Apostolo dictum in priori ad Corin. cap. 8. Si esca scandalizat fratrem meū, non mandabculo carnes in æternum, ne fratrem meum scandalizem.

Quintus, quando cibus & potus est contra naturam: sic velci carnis humanis, aut languienti humanum bibere, mortale peccatum esse docent communiter Theologi, quia id repugnat natura: vt argumento est, quod omnes gentes apud quas fuit aliquid civilitatis, semper césuerunt tale quid esse inhumanitatis ac feritatis. Quanquam vt causæ infirmatatis, sic & causæ necessitatis graui, licet talem vsum arbitrantur pleriq;: quos refert & sequitur Leonardus Lessius de iu-